

IOANNES IEIUNATOR

A. Chr. 582-595.

I. Diu immorandum hic nobis erit, si quoscumque nodos in causa τοῦ Νηστευτοῦ in-
nexos solvere aut extricare, animus est. Qui enim litem habuit haud modicam vivus,
defunctus pergit et plurimo capite vexari. Neque tantum de nimio illo et ambitioso
τοῦ οἰκουµενικοῦ titulo Gregorius Magnus querebatur 1). Sed corrupta Ephesini concilii
acta ultro citroque ventilantur 2). Ob mortuum peccato Adamum Pelagius in causa erat 3).
Scelestus quoque iuenculus quidam intercessit, tam his invisus, quam illis gratus,
a quo totum Νηστευτῆς pendebat 4). Et monachos et presbyteros, quos idem segre-
gavit, restituit Gregorius 5). Quin usque ad inferos de Christi κατάβασι praeliaba-
tur 6). Neque pax tumulo inscripta, quum etiam nunc et de tantae abstinenciae viro
et de publico eius cultu proluxa et ardua actio sit 7). Quid plura? De innumeris libellis,
iure an iniuria eidem ascriptis, certant agmina eruditorum 8). Haud exiguum hominem
fuisse, vel cumulatae faciunt controversiae. Quem enim parvi habeas, statim silentio
premis. Restat illud Isidori Hispalensis testimonium, a coaequali gravissimum oraculum,
quantumvis breve: «Vir inaestimabilis abstinenciae et eleemosynis largissimus 9);»
quin immo assentiente Leandro fratre, cui librum suum de baptismo Ioannes nuncu-
pavit 10). Et quantum est vel in optimis hominibus inane! Ille igitur est sanctissimus
Ioannes (quo nomine defunctum ipse Gregorius ornavit), qui quum sciret quam pe-
riculosa superbia tumuissent sui byzantini, quam caute non semel eorum ambitum
frangi oportuerit, quam praeceps sit a vanis titulis et vacuis nominibus ruere inde in
affectatam et usurpatam potestatem, conscius demum actum esse de universa Ecclesia,
si re et iure diceretur universalis episcopus, non quidem Christi Vicarius et Petri suc-
cessor, sed ille qui primum suffraganeus in Ponto ab Heraclea pendens, nondum certo
iure patriarcha, neque merito nomine secundus post romanum habebatur, qui haec probe
novit Ioannes, larvam exuere nunquam voluit. Frustra per tredecim annos, qua pre-
cibus, qua minis, institit providentissimus Gregorius, tantum non gladio usus excom-
municationis. Adeo novae Romae invaluerat caeca dominandi cupido, animisque vel
piis, sed incautis, obrepserat pertinacia auras captandi populares!

II. Haud pauca in rebus nostris vestigia supersunt Ieiunatoris; vix enim aliena
dicam sive librum de baptismo, et sermonem de exitu animae 11), quos e tenebris eri-

1) *Querebatur*. Cf. Gregorii *Regest.* V, 18, 19, 43, 60; VII, 5, 6, 27, 31, 33; IX, 68.

2) *Ventilantur*. Ib. cf. VII, 15, 16, 17, 48.

3) *Erat*. *Regest.* VI, 14, ad Narsetem.

4) *Pendebat*. Ib. III, 53; V, 18.

5) *Gregorius*. Ib. VII, 5 et in praecedentibus III, 53; VI, 14, 16, etc.

6) *Praeliabatur*. Cf. Assemani *Iur. Or.* III. p. 513, 514.

7) *Sit*. Post Asseman. III, 479, 583 et Morcellium ad *Menolog.* Basilian. cf. Bolland. die II Sept.

8) *Eruditorum*. Fabr. *Bibl. gr.* XI, 168; Lequien.

Or. Chr. I. col. 226 Binterim *Vorzügl. Denkwürd.* t. V, p. 383.

9) *Largissimus*. Isidori *de Viris illustrib.* c. 39 Areval. t. VII, p. 159.

10) *Nuncupavit*. Insignia sunt verba Isidori, quae viam ad librum alicubi detegendum pene aperiunt: «Hic graeco eloquio edidit de sacramento baptis-
matis ad bonae recordationis dominum nostrum et praedecessorem Leandrum episcopum, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum
patrum replicat de trina mensione sententias.»

11) *Animae*. Latet in cod. taurin. 148, f. 106;

pere averem, sive orationes duas de poenitentia et de falsis prophetis, quae Chrysostomi inter spuria sepeliuntur. Vereor ne sinceriores non sint tres libri *περί εξομολογήσεως*, quos Morinus in lucem primus vindicavit. Unus incipit: *Λαμβάνει ὁ ἱερεὺς* 1); alius: *Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς* 2). Tertius: *Τῆς θείας καὶ παναγὰς τοῦ ὑπεραγίου* 3). Quae mihi mox erunt libellus I, II et III. Quartum addidit Allatius, sub hoc initio: *Εὐλογεῖ ὁ ἱερεὺς* 4). A quibus ea non recedunt, quae nuper Rhallius descripsit, alia scilicet ex Matthaeo Blastare excerpta: *Ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὸν Νηστευτὴν*, et alia ex Pedalio sumpta epitimia: *Ἐάν τις πείσῃ* 5). Neque ego spondeo germana omnino esse quae in Solesmensi Spicilegio, meo quidem periculo protuli: 1 Didascaliam, quae incipit: *Παῦλος ὁ πανεύφημος*; 2. Epitimia varia: *ἡ προσβολή*; 3. Quaedam liturgica: *χρὴ μὲν γινώσκειν*; 4. Versus politicos ad quemdam monachum: *Τηρῶν, μοναχὲ, σωφροσύνης τοὺς ὅρους* 6). Nec plura nisi fallor, typi excusserunt.

III. Copiam vero rerum quae chartas inter et membranas obruuntur, quis Ieiunatori restituere valebit aut aequa expendere trutina criticae severioris? Cursu nobis festinandum est per salebrosas vepres, spe non amissa quae sunt obscura, alio in loco declarandi, fortasse et evulgandi quae minus nota sunt.

Vatic. 430, f. 5. — 1^a ἐπιτίμια, ἡ προσβολή.

— f. 155—174 — Ioannis filii obedientiae, Basilii discipuli, libellus III.

— f. 74. — 2^a Epitimia, ἡ πορνεία.

— 504, f. 77. — *Περὶ ἐξαγορεύσεως, ὅτι δεῖ τὸν ἐξομολογούμενον*, libell. V.

— 640, f. 208. — Ioannis, discipuli Basilii, lib. III.

— f. 223. — 2^a epitimia.

— 714, f. 232. — *Ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὸν Ν. ex Matthaeo Blastare.*

— 790, f. 249. — Ex eodem.

— 828, f. 342. — *Λαμβάνειν δεῖ*, libell. 1.

— 841, f. 152. — Ex Matthaeo Blast.

— 1114, f. 80. — Ioannis f. obed. *διάφοροι διαφοραὶ περὶ ἐξομολογουμένων. Ὅτι δεῖ τὸν ἐξομ.* libell. V.

— f. 92, — 1^a epitimia.

titulus est: *Περὶ ἐξόδου τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος* et initium: *Μέγας φόβος, ἀδελφοί.* De sequentibus v. Chrysost. opp. t. 1, p. 807; Savil. t. VII, p. 221, 641.

1) *Ἱερεὺς.* I. Morini *Comm. hist. de sacram. poenitent.* ed. Venet. 1702, p. 616, 625, *Ἀκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογουμένων συνταγείσα ὑπὸ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ.* Ex cod. altempsiano XI saec.

2) *Μονογενὴς.* Ἰωάννου μοναχοῦ Κπ. τοῦ νηστευτοῦ λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγορεύσαι τὸν αὐτοῦ πνευματικὸν πατέρα. ib. p. 626-630. Ex codice archiepiscopi Monchals.

3) *ὑπεραγίου.* Peculiari titulo inscribitur: *Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ διακόνου μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ υἱοῦ τῆς ὑπακοῆς κ. τ. ε. post amplissimum prooemium, quod Morino videtur giganteum caput pumilloni, opus incipit: ἀρχομαι δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ.* Ibid. p. 665-644. Quartus ordo est apud eundem, ex cod. barberino, ab hoc initio: *λέγει ὁ ἱερεὺς.* Ioannis vero nullum ibi vestigium. Idem decem circiter collegit canones sparsos apud Harmenopolim et Matthaeum Blastarem, tum addit excerptum aliud ex Balsamone vulgato, quae videsis ib. p. 632.

4) *Ἱερεὺς.* Inscriptur ut supra: *Ἀκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογ.* De consensu utriusque Eccles. c. 17, s. 20. p. 1313-1323, ex codd. barberin. olim 79, 245, 302. Aliud canonarium sit, nisi potius tres quoque libellos habeat, βιβλίον ψυχωφελίστατον, διηρημένον εἰς τρία μέρη, ὃν μὲν πρῶτον περιέχει διδασκαλίαν σύντομον καὶ πρακτικὴν πρὸς τὸν πνευματικόν. πῶς νὰ ἐξομολογῇ μὲ καρπὸν τὸ δεύτερον τοὺς κανόνας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ ἀκριβῶς ἐξηγουμένους μετὰ καὶ τινων ἄλλων ἀναγκαίων τὸ δὲ τρίτον συμβουλήν γλαφυράν καὶ σύντομον πρὸς τὸν μετανοοῦντα πῶς νὰ ἐξομολογῇται, καθὼς πρέπει, ἐκ διαφορῶν διδασκάλων συνερανισθὲν καὶ εἰς ἀρίστον τάξιν ταχθὲν παρὰ τοῦ ὁσιολογιωτάτου ἐν ἱερομοναχοῖς κυρίου κυρίου Νικοδήμου. Venet. 1794. Idem libellus iterum prodit a. 1804, sed nondum ad manus meas pervenit.

5) *Πείσῃ.* Tom. IV, p. 432-446.

6) *Ὅρους.* *Spicil. solesm.* t. IV, p. 416, 429, 436, 438, 439. Libellus quem dixero V, legendus p. 438, in fine recludit in primum et inscribitur in codd. paris. *Νομοκάνων σὺν θεῷ ἁγιωτάτου ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ι. τοῦ Ν. περὶ ἐξαγορεύσεως διαφορᾶς καὶ περὶ ἀμωρητημάτων.* Incipit: *ὅτι δεῖ τὸν ἐξομολογούμενον τὰ κρύφια.*

- Vatic. 1114, f. 92. — Παράγγελμα παντὶ πιστῷ. Τὴν νηστείαν παρῆλαβε, libell. VI.
 — f. 101. — Preces poenitentium.
 — 1184, f. 213. — Ex Matth. Blast.
 — 1543, f. 1-63. — Canonarion poenitentium.
 — 2137, f. 53. — Quidam canones.
 — 2151. — Passim apud Malaxum.
 Palat. 258. — Ex Matth. Blast.
 — 384, f. 244. — Ex eodem.
 Regin. 35, f. 382. — Τῆς θείας καὶ παναγάθου, libell. III.
 — 57, f. 430. — 3^a epitimia, γονὴ φάρμακα.
 — f. 479. — 4^a epitimia, ἀνὴρ δὲ ἦτοι βάρβατος.
 — f. 481. — Ex Matth. Blast.
 Ottobon. 97, f. 33. — in Malaxi nomimo.
 — 160, f. 33. — Ὅτι δεῖ μαγαρίζαντες. Cf. libell. V.
 — 339, f. 155. — Περὶ νομοκάνονος, ex Nicone.
 — 344, f. 73. — Ἀκολουθία ἐξομολογουμένων. Λαμβάνει, libell. 1.
 — 362, f. 4-26. — Libell. V.
 — f. 41-60. — Ex eodem.
 — 418, f. 374. — Liturgica. Χρὴ γινώσκειν.
 — 364. — De V Eulogiis et defunctis.
 — 438, f. 73. — Ex Matth. Blast.
 Barberin. III, 42, f. 320. — Ioannis Basillii disc. libell. III.
 — f. 349. — 1^a epitimia.
 — III, 70, f. 42. — Quaedam περὶ ἐξομολογ.
 — III, 71, f. 21. — Διάκρισις ἀμαρτημάτων.
 — f. 364. — Διέφοροι διαφοραί, ex libello V.
 Casanat. G. III, 20. — Ex Matthaeo Blast.
 Marcian. Nan. 206, f. 404. — Λόγος παραινετικός ex libello II.
 — 226, f. 221. — Ex eodem mutil.
 — 228, f. 172-174. — Libell. 1.
 — f. 175. — 5^a epitimia Ὅσα τοῖνον.
 — f. 231. — Ex Matthaeo Blast.
 — f. 369, 400. — Liturgica et de defunctis.
 — 229, f. 252. — Quaedam de poenitentia haeretic.
 — 232, f. 1. — Ex libello III.
 — Cf. 231, ubi idem ordo, sine auctoris nomine.
 — 236, f. 117. — Ex Matth. Bl. — f. 97 excerpta.
 — 256. — Λόγος παραινετικός, libell. II.
 Ambros. G. 57 *super.* f. 43. — Ex libell. III.
 — M. 15 *super.* n. 2^o. — Libell. III.
 — M. 87 *super.* — Ex Matthaeo Blast.
 — E. 145 *super.* — Ex cod. latine.
 — A. 53 *infer.* f. 1018. — Oratio patris spiritual.
 Laurent. Pl. III, cod. 72. — Passim in nomocanone.
 — Pl. V, cod. 2. — Ex Matth. Blast.
 Vindobon. 24, 34, 58, 90, 96, 184. — Ex Matth. Blast.
 — 283, f. 144-159. — Ioannis disc. Basil. libell. III.
 Monacens. 149, f. 164. — Libell. III, cum epitim. f. 183.
 — 255, f. 9. — Ioannis disc. Basil.
 — 498, f. 212. — Eiusdem.
 — 503, f. 65. — Eiusdem.
 Scorialensis. X, 11, 18. — Ex Matthaeo Blast.
 Mosquens. 150 et 151. — Ex eodem.
 — 426 (ol. 399) f. 223. — Διαθέσεις τῶν ἐξομολογουμένων libell. 1.
 — Typ. 6 in fol. (ol. 28) f. 267. — 6^a Epitim. Ἡ μὲν σύντεκνον.

- Mosquens. Typ. 6, f. 269. — Παραγγελία. Τὰς νηστείας. libell. VI.
 — f. 275, 286, excerpta varia.
 Paris. 363, f. 69. — Ὅτι διὰ τὸν ἱερομολογούμεν. libell. V.
 — 364, f. 63. — Libell. III.
 — f. 69. — Libell. III.
 — 767, f. 143. — Encomium, auctore Callisto CP.
 — 788. — Oratio de poenitentia.
 — 1138, f. 8. — Ex Matth. Blast.
 — f. 27, 33. — Idem prolixius.
 — 1152, f. 23. — Ioannis Basil. disc. Libell. III.
 — f. 33. — Ex eodem.
 — 1250. — Ex Matth. Blast. cum epitim.
 — 1259. — Ex eodem sub Chrysostomi nomine.
 — 1318, f. 5-27. — Libell. V.
 — f. 51. — Libell. II.
 — 1321, f. 469. — Libell. III.
 — 1330. — Libell. III et V.
 — 1319, 1322, 1337, 1339, 1342, 1361, 1373, 1374, 1375, 1377, 1389. — Ex Matthaeo Blast.
 — 2500, f. 207. — Liturgica.
 — 2748, f. 151. — Παραίνσεις metrica.
 Coisl. 28. — Encomium vetus memoratur.
 — 39. — Libell. II.
 — 117, f. 56. — Ex Nicone.
 — 86, 121, 122, 123. — Apud Niconem passim.
 — 177. — Vita citatur a Nicone.
 — 211, f. 294. — Αἱ προσόψεις καὶ ποιότητες libell. VII.
 — 363, f. 67. — 1^a epitimia.
 — 364, f. 279-297. — Didascalia et epitimia.

IV. Quibus adde, si lubet, codices alios mss. circiter viginti in monte Atho asservatos, in quibus Matthaeus Blastares continetur, tum eiusdem alios septem, quos Rhallius in tomi VI prooemio recenset; eos vero quum ego non tetigerim, Ieiunatorem in singulis adesse non ausim asseverare. Mitto praeterea alios sine fine libros Harmenopuli, Malaxi, Niconis, qui in collectaneis suis Ieiunatoris ex dapibus haud parca manu mensas instruxerunt suas. Quid vero ex copiosissima suppellectile meos in usus adducere, diu haud remansi anxius: primum enim in alium locum necesse fuit amandari quaecumque vehuntur inter epitimiorum plaustra et sarcinulas patrum πνευματικῶν, quorum quisque ex arbitrio sibi suum condidit libellum, eidem nomini ex solemnium cultu consecratum. Quibus amotis, duo iam sola supererant, didascalia monialium et versus ad monachum; quae alius in monastica fortasse reservaverit. Dabo tamen hic, quum haud iniucundam inter alia severiora creare varietatem valeant.

I.

Διδασκαλία μοναζουσῶν καὶ ἐπιτίμια ἐκάστου ἁμαρτηματος Ἰωάννου πατριάρχου
Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ 1).

Doctrina monialium et preces pro singulis peccatis.

α'. Παῦλος ὁ πανένφημος 2) διαφορὰς τῶν τε ὑπὸ ζυγὸν γυναικῶν, τῶν τε ἐν παρθένων χόροις συντεταγμένων ὑποδεικνύς· Μεμέρισται, φησὶ, καὶ ἡ γυνή καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ, ἵνα ἡ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι, καὶ ἡ τῷ γάμῳ συζευχθεῖσα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. Παρθένος τοιγαροῦν, ἡ τὴν τῶν ὑπάνδρων ἀκριβῶς ἐξακολουθῇ παραδείγματι, οὐδεμίας χρεῖαν ἔχει παραινέσεως εἰς τὸ ἀρέσκειν Χριστῷ· ὅθεν ὥσπερ ἐκείνη ἀδιάσπαστον ἔχει τὸν πόθον ἐπὶ τὸν ἄνδρα, οὕτω καὶ σὺ, ὡς μοναζουσῶν ἱερὸν τέμενος ἔμφυχον καὶ θεότευκτον, ἐπὶ Χριστὸν τὸν σὸν ἐραστήν, καὶ ὃν τρόπον ἐκείνη αἰεὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸν σύζυγον φέρει, ἐὰν καὶ αὐτὴ αἰεὶ τό 3)· « Πρὸς σέ ἦρα τοὺς ὀφθαλμοὺς μου, τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ » ἀναβοᾷς, αὐτὸν κατόψῃ 4) τὸν σὸν νυμφίον οὐρανόθεν προκαθήμενον, καὶ τὸ· « Ἐγὼ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς κατὰ σοῦ 5) » προσφωνοῦντά σοι. Αὐτὸς σου τὴν νοῦν φωτίζει, καὶ τὰς ἐαυτοῦ ἀκτῖνας κατὰ πρόσωπον τοῦ σου νοδὸς ἐκπέμπει. Εἶπε γάρ· « Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἐμοὶ ἀκολουθῶν οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ 6), ἀλλ' ἐξεῖ τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Μόνον σου τὸν νοῦν εἰς οὐρανούς ἀνάγειν σπουδαζε, μόνον ἐκεῖ Χριστὸν καθορᾶν ἐν θρόνῳ προκαθήμενον πρόσεχε· μόνον ἐαυτῆς τὸ βλέμμα πρὸς ἐκεῖνον ἀτένιζε, καὶ ἐκεῖνον πάλιν πρὸς σέ ἀτενίζοντα νοσητῶς κατόπτευε, αὐτὴ αἰεὶ λέγουσα· « Ἴδού οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβούμενους αὐτόν 7). » Καὶ πάλιν· « Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυσεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων 8). » Καὶ πάλιν· « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὅτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν 9). » Καὶ· « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ παντὶ τόπῳ σκοπεῖουσιν ἀγαθοὺς τε καὶ κακοὺς 10). » Εἰ τοίνυν αὐτὸν ἄνωθεν σκοποῦντά σε προβλέπεις, ἐκεῖνον πόθει, ἐκεῖνον ζήτει, εἰς αὐτὸν τὰς χεῖρας ἀνάτεινε, πρὸς αὐ-

Paulus ille omnium voce notus, quum discrimina mulieres inter illas quae sub viri iugo, et illas quae virginitatem in eorum compositas sunt, ostenderet: « Divisa est, ait, et mulier et virgo; quae innupta est, sollicita est de his quae Domini sunt, quomodo placeat Domino, ut sit sancta et corpore et animo; quae autem nupta est, sollicita est de mundo, quomodo viro placeat. » Virgo igitur, si qua exemplum uxorum viris subiectarum sedulo secuta sit, nullo indiget verborum stimulo ut Christo placere studeat: ut enim uxori assiduus est in virum amor, ita et tu, quasi monialium ad templum sanctum idque vivum et divinitus aedificatum, te confer in Christum, tuum amatorem; perinde ac illa oculos semper flectit in consortem, tu quoque, modo tibi clamare solemne sit: « Ad te levavi oculos meos, ad eum qui habitat in coelo, » tuum velim videas sponsum sedentem in supernis, teque his

compellantem: « Ego sum tecum, et nemo contra te. » Ipse tuam mentem illustrabit, et suos ipse radios in faciem animae tuae immittet. Ait enim: « Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitae. » Tantum in coelos mentem tuam nitere ut erigas; tantum intende ibi Christum suspicere solio praesidentem; tantum in ipsum aciem oculorum tuorum fixam tene: et ipsum tibi vicissim attendentem ex animo speculari, assidue alens: « Ecce oculi Domini super metuentes eum. » Et iterum: « Dominus de coelo respexit super filios hominum. » Et rursus: « Oculi Domini super iustos, et aures eius in precem eorum. » Et etiam: « Oculi Domini in omni loco considerant bonos et malos. » Eum igitur desuper te intuentem si consideras, ipsum cupito, ipsum quaere, in ipsum extende manus, ad ipsum oculos erige. Atque si afflictio rerum inciderit, seu tristitia aut

1) Νηστευτοῦ. Ex cod. coislin. 364, f. 279-297, saec. XIII, cuius perpetua et foeda sphalmata aliud suadent fuisse exemplar multo vetustius; immo auctoris nomen nude expressum ad illam ducit aetatem, in qua, nondum firmato schismate, ὁ νηστευτής aut in sanctorum album non referebatur, aut magnis non ornebatur laudibus, neque etiam suo τοῦ οἴκου-

νικοῦ titulo muniebatur.— 2) Πανένφημος et μοχ μεμίσσῃ cod. et alia id genus multa, quae tacitus emendo.— 3) Τό. Ps. CXXII, 1. Aliquid f. deest.— 4) Ἀναβοᾷς αὐτόν κατόψῃ cod.— 5) Σοῦ. Ierem. 1, 8, 18? — 6) Σκοτεῖα cod. Ioan. VIII, 12.— 7) Αὐτόν. Ps. XXXII, 18.— 8) Ἀνθρώπων. Ps. XXXII, 13.— 9) Αὐτῶν. Ps. XXXIII, 16.— 10) Κακοὺς. Prov. XV, 3.—

τὸν τοὺς ὀφθαλμούς σου ἄρον· καὶ θλίψεις 11) ἐπισυμβῇ, καὶ λύπη, καὶ τε νόσος, καὶ τε πόλεμος σοι ἐπιστῇ δαιμόνων, ἐκεῖσε πρὸς τὸν ἐπὶ θρόνου σου νυμφίον ἀνατρέχων σπούδαζε· πλέον γὰρ ἐκείνου βοηθὸν καὶ συνεργὸν οὐδένα, οὔτε ἐν ἀγγέλοις 12), οὔτε ἐν ἀνθρώποις ἐφενρήσεις ποθοῦντα ἢ εὐεργετοῦντά σε. Οὐ γὰρ ἐστίν, αὐτὸς οὐκ ἐστίν ὄνομα ἕτερον, οὔτε ἐν οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ γῆς, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, εἰ μὴ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός.»

Ὡς γὰρ γυνὴ πλέον ἀνδρὸς οὐδένα τὸν μετὰ ζήλου διαπίρου 13) τὴν αὐτῆς ἐπιδίκεσιν ποιεῖν ἐθέλοντα κέκταται, οὕτως οὐδὲ ψυχῇ παρδένος πλέον Χριστοῦ ἕτερον ἐκκαλεῖσθαι ἢ τὰς ἐαυτῆς θλίψεις ἢ ἀνάγκας ἐξαγγέλλειν κεχερώστηκεν 14). Διὸ, ἐὰν αὐτοῦ χωρὶς ποιήσεις, καὶ μὴ μεθ' ὑπομνήσεως καὶ πρὸ προσευχῆς ἐκείνου, οὐκ εἰς ἀγαθὸν σοι γενήσεται. Κεφαλὴ γὰρ ἡ σὴ οὐχ ὁ ἀνὴρ, ἀλλ' ὁ Χριστός, αἰεὶ σοι ἄνωθεν κραυγάζων 15). «Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε 16) ποιεῖν οὐδέν.» Ἐὰν ἀργήσης ἐκ τῶν ἄνω, ἐνεργήσεις πάντως τὰ τῶν κάτω· τοῦ γὰρ λογικοῦ τῆς ψυχῆς ἄνω πρὸς Χριστὸν κρεμαμένον καὶ ἐκεῖσε ἀσχολουμένου, νεκρὰ πάντα τὰ πάθη, καὶ οὔτε ὁ θυμὸς, οὔτε ἐπιθυμία το 16) παρενοχλῆσαι δύναται· ἡνίκα δὲ ἐκείθεν ἀποπέσῃ, παραντίκα τὰ τοῦ θυμικοῦ καὶ ἐπιθυμητικοῦ πάθη, ὡς θῆρις τινες, ἐκασταστάνα τὴν ψυχὴν κατεσθίουσι. Μὴ προτίμα ἔργον ἢ πρᾶγμα ἢ διοίκημα, παρὰ Χριστόν· ἀλλὰ πρῶτον εὐξαι καὶ ὑπόμνησον καὶ παρακάλεσον, καὶ οὕτως διοίκησον, καὶ τότε εὐρήσεις πάντα εὐθέα σοι καὶ ἀνεμπόδιστα. Σφόδρα γὰρ λυπεῖται ὁ Θεός, ὅταν ὑπὲρ αὐτὸν προτιμότερόν τι τῶν ἐπὶ γῆς ἐπιτέκηται. Ἀλλ' ὅποιον ἂν καὶ ἀναγκάσῃ τὸ ἐπὶ γῆς ὑπάρχει, ἐν συντόμῳ μόνον πρῶτον εὐξαι καὶ πρῶτον ὑπόμνησον, καὶ οὕτως τοῦ ἔργου ἢ τῆς χρείας τὴν ἀρχὴν καὶ διοίκησιν ποιήσον. Ἀεὶ οὖν σεαυτὴν πύλεγε· Ποιᾶσωμεν τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτως τὰ τῶν ἀνθρώπων· πρῶτον τὰ ψυχικά, καὶ οὕτως τὰ σωματικά. Τὴν γὰρ προτίμησιν χωρὶς πάσης προφάσεως ἀποστήσαι σε 16b) μέλλει ὅσος καὶ ἀνὴρ καὶ νυμφίος καὶ δεσπότης Χριστός, ο' χωρὶς τῶν ὄντων οὔτε ἐγένετο, οὔτε γίνεται οὐδέν.

Ὅρα δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ ὄψεως ὑποβαλλομένους σοι ἐχθροὺς λογισμούς· σπεύδει γὰρ τοῦ ξύλου σε τῆς ζωῆς ἀποστερῆσαι, Χριστοῦ, καὶ ἐνατένιζει 17) εὖσαν ἀπεργάσασθαι, ἐπαγωνίζεται τοῦ

morbus, sive daemonum pugna institerit, illuc ad tuum in solio sedentem sponsum accurrere festina: quo enim praestantiores nullum patronum et adiutorem, sive in angelis sive in hominibus, invenies qui te amet ac bene tibi faciat. Non est enim, « non est aliud nomen sive in coelo, sive in terra, in quo oporteat nos salvos fieri, nisi Dominus Iesus Christus.»

Quemadmodum uxor neminem prae viro suo adepta est zelo succensioiem, qui velit eam ulcisci, sic quae spiritu virgo est, nullum prae Christo magis invocare debet, cui vel suas aerumnas vel necessitates committat. Propterea, si quid sine illo feceris, ipsius immemor, nec praemissa ad eum prece, id sane tuum in bonum non cessurum est. Caput enim tuum non est vir, sed Christus, a quo tibi de coelo semper clamatur: « Sine me nihil potestis facere. » Si coelestia neglexeris omnino, exsequeris quae sunt inferiora. Nam quum animae tuae vim cogitandi totam Christo appensam habueris in eoque occupatam, mortuae passionibus omnes sunt, nec animus, neque appetitus ullus conturbare te

valebit. Inde vero ut excideris, illico cupidinum ac voluptatum aestus, veluti quaedam ferae, retroversi animam devorant. Ne tibi praeplaceat sive opus, sive ministerium, magis quam Christus; hunc primum ora, hunc memorare, hunc flagita, sicque munere fungitor, et tunc invenies cuncta obvia tibi et expedita. Vehementer enim moeret Deus, quoties aliquid ipso antiquius in terra adipisceris. Sed quodcumque vel necessarium in terra succedit, strictim eum solum in primis ora et in primis recordare; ita opus quodlibet aut necessarium officium incipe et confice. Sic igitur te semper alloquere: Agamus quae Dei sunt, deinde quae hominum; spiritualia primum, deinde corporalia. Quominus enim quidquam Deo praeponas, excluso qualicumque praetextu, prohibere debet Christus, utpote vir, sponsusque et dominus, sine quo rerum nulla facta est, nec fiet umquam.

Sed vide qualia tibi suppetant serpentis inimica consilia; nititur enim a ligno vitae, Christo, te fraudare; omni ope nititur ut Evam subvertat, et pro viribus aestuat ut a paradiso, sive Christi

11) Θλίψεις cod. — 12) Ἀγγέλοις. Mox Act. IV, 12. — 13) Διαπίρου cod. — 14) Καὶ χρεώστηκεν cod. —

15) Κραυγάζω cod. — 16) Δύνασθαι lb. Ioan. XV, 5. — 16b) τοῦ cod. — 16b) fort. σου. — 17) Ἐντίνισαι cod. —

παραδείσου, τῆς εἰς Χριστὸν θεωρίας, ἀποξενῶσαι. Ἐάν οὖν εἴπῃ σοι ὁ λογισμὸς· Βλέψον τὸδε τὸ πρῶμα, ἢ τὸ πρόσωπον, λέγε· Οὐ βλέπω. Ἐάν εἴπῃ· Ἀκουσον τί λέγει ὁ δεῖνα, τί γέγονεν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, λέγε· Οὐκ ἀκούω. Ἐάν εἴπῃ· Ἐκτεινον τὴν χεῖρα, ἄψαι τοῦδε, λέγε· Οὐχ ἀπῶ. Ἐάν εἴπῃ· Ἐκτεινον πάλιν τὴν χεῖρα, ἄψαι τοῦδε, λέγε ὅτι οὐκ ἐκτείνω. Ἐάν εἴπῃ· Πορευθήτι ἐκεῖσε 18), διοίκησον τὸδε, λέγε· Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ· ἰρωτήσω Χριστὸν, ὑπομνήσω Χριστὸν. Καὶ ἂν οὕτως λέγῃς, φεύζεται ἀπὸ σοῦ πᾶν δαμονικὸν ἐνθύμιον, ὅτι μὴδὲ ὑποφέρει ὁ δαίμων καθεκάστην ὥραν 19) μισθοὺς παρὰ Θεοῦ καὶ στεφάνους τὸ λαμβάνειν σε.

Φύλαττε οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς, χωρὶς ἀνάγκης μὴδέποτε πρὸς ὃ μὴ ἔχῃς ἀνάγκην [ὥστε] τὸ μὴ βλέπειν σε. Φύλαττε τὴν ἀκοήν, ἀκαίρους ἀκοάς καὶ ὁμιλίας μνηστῶς ἀκροᾶσθαι σε. Φύλαττε παντελῶς ὑπὲρ πάντα τὴν χεῖρα, σώματος μῆτε οἰκείου, μῆτε ἀλλοτρίου ἐμπαθῶς ἐφάψασθαι, ἵνα εἰ καὶ 20) ὁ ὀφθαλμὸς ὑποκλαπῇ ἢ ἡ ἀκοή εισδέξηται λόγους τινάς, εἰ μὲν ἡ χεὶρ κρατῆται, οὐ πολὺ τὸ ἁμάρτημα· εἰ δὲ ἡ χεὶρ τῆς Εὐας ἄψεται τοῦ καρποῦ, οὐκ εἰς μακρὸν καὶ τὴν βρῶσιν θελήσει 21), καὶ ἡ μὴ βούληται τῆς πράξεως [τὸ ἀκάθαρτον], καὶ τότε ἔξω τοῦ τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου ἀπελασθήσεται.

Γίνωσκε δὲ πάλιν τοῦ διαβόλου τρόπον ἕτερον, ὑποβάλλειν πολλάκις λογισμοὺς αἰσχροὺς καὶ πολλοὺς, καὶ οὐκ ἀφίσταται 22). Εἴτα στραφεὶς 23) φησὶ· «Τοσαῦτα δεῖνα ἐπενθύμει· καὶ ποταπὴν φυλάττεται τὴν παρθενίαν σου τῷ Χριστῷ; καὶ ποιήσον τὴν συγκατάθεσιν, καὶ τῆς ἡδονῆς μὴ ἀποστῇς. » Ἀλλὰ ἀποπήδησον· ληστὴς ἐστὶν καὶ κλέπτης 24). Διὸ γίνωσκε ὅτι ὥσπερ ἀνὴρ ἀφίει τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα καὶ πορευθεὶς εἰς τινα διοίκησιν, ἐν τῷ ἀποστραφῆναι, εἰ καὶ ταύτην εὖρῃ μὴ δεινὴ τῶν ἀνδρῶν προσεγγυήσασαν 25), καὶ μυρίους λογισμοὺς λογίζεται, καὶ μυρίας ἔξει τὰς ἐπιθυμίας, οὐκ ἀποβάλλεται, οὐκ ἀποστρέφεται· οὕτω καὶ ὁ Κύριος, μόνον τῆς πράξεως μὴ βλέψῃ τὸ ἀκάθαρτον, ἐπεὶ φιλόφρων ἐστὶ καὶ ἀγαθὸς καὶ μακρόθυμος, καὶ μικροῖς ἐπιτιμίαις ταχέως δωρεῖται τὴν ἴασιν 26).

contemplatione, eam excludat. Si igitur tentatio ubi suggerit: «Cerne rem hanc, vel hanc faciem, dicito: «Cernere nolo.» Si dixerit: «Audi quid talis dicat, quid in hoc vel illo loco agatur,» dicito: «Non audio.» Si dixerit: «Extende manum, tange illud,» «Non tangam.» Si dixerit: «Extende rursus manum, tange illud,» dicito: «Non extendo.» Si dixerit: «Iluc vade, hoc age,» dicito: «Mulier non habet sui corporis potestatem, sed vir: Christum sciscitabor; meminero Christi.» Atque haec si responderis, aufugiet a te omnis daemonum illecebra. Non enim sustinet diabolus te singulis horis mercedes a Deo coronasque susipientem.

Custodi igitur oculos, ne umquam, citra necessitatem, id quod cernere te non oportet, aspicias. Custodi aures, ne otiosum auditum percipias et colloquia vana. Custodi praesertim super omnia manum, ne sive tuum sive alterius corpus minus modeste tractes; etiamsi enim vel oculus surripuerit, vel auris nonnulla hauserit verba, dummodo con-

lineatur manus, non multum peccatum erit. At ubi Evae manus pomum tetigerit, non diu erit quum voluerit cibum, et tamenetsi rei nequitiam nolit, nihilominus extra paradisi delicias extrudetur.

Rursus autem alias nosce diaboli insidias, submittere saepenumero cogitatus inhonestos et multos, et non desistit. Postmodum conversus, ait tibi: «Haec quanta et qualiacumque sint, concupisce. Et quam ob rem tuam virginitatem Christo servas? quin cedo consensum, nec te a voluptate abstinenceas.» At enim recede, fur est et latro. Noveris ergo idem futurum esse ac si vir, dimissa uxore sua, iter in aliam provinciam fecit, domumque reversus, si non uxorem invenit alieno viro traditam, licet sexcenta in mente volverit, sexcentave concupierit, nec dimittit eam, nec eiicit: ita et Dominus, modo non videat patrati flagitii turpitudinem, quum hominum amator sit et bonus et longanimis, per levia epitimia medelam tibi cito impertitur.

Si quae tentatio tibi suboriatur, nec eam discer-

18) Ἐκεῖσε ib. Deinde I Cor. VII, 4. — 19) Ὑποζέρε... ὁρᾶν... τοῦ λαμβάνειν cod. — 20) Ἄει ib. Mox εἰδέξεται. — 21) Τελέσει, ib. Statim βούλεται, et vix putem non deesse aliquid in hac phrasi raptim inter-cisa. — 22) Ἀφίσταται ibid. — 23) Στραφῇ; ibid. —

24) Κλαίπτῃ; ib. Paulo post: Ἀφίει. — 25) Προσεγγυήσασαν cod. — 26) Ἰασιν. Caute lege et recole quae veteres de nimia Ieiunatoris facilitate et indulgentia haud semel conquesti sunt. Cf. Spicil. solesm. t. IV, p. 399 Niceph. can. 83; p. 474, Nic. can. 24; p. 480,

Ἐάν λογισμός εἰσέλθῃ σοι, καὶ διακρίναι τούτου οὐ δύνασαι 27), Χριστὸν περὶ αὐτοῦ δυσώπησεν, ἵνα εἰ μὲν ἐκ δαιμόνων ἐστὶ, φεύγῃται καὶ εἰς τὸ μὴ οὐ παρὰ στήθηται· ἐάν δὲ ἐκ Θεοῦ, μάλ-
λον στερεωθήσεται, καὶ καθαρώτερόν σοι ἐμφανισθήσεται· οὐ γὰρ ἐπὶ πολὺ ἀφίησι ὁ Θεὸς τοὺς εἰς
αὐτὸν ἐλπίζοντας πειράζεσθαι. Ἀλλὰ ποιήσει τάχῃ σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνα-
σθαι ὑπενεγκεῖν. Εἰ δὲ γέ ἐπιμένει καὶ συνθλίβει 28), γίνωσκε ὅτι πειράζει σε ὁ Χριστός. Εἰ ἄρα
ἀφίης αὐτὸν καὶ ἐτέρους τρόπους ἐπινοεῖς πρὸς τὴν ἄνεσιν, καὶ ἡνίκα ἴδῃς τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀμετάθετον,
εὐθὺς πάρεχε 29) καὶ τὸ ἔλεος, ἢ ἐξέτασον καὶ τὴν αἰτίαν, μήποτε ἐξ ἡμῶν τὴν ἀφορμὴν λαμβά-
νῃ, μὴ διὰ γαστριμαργίας, ἢ οἰνοποσίας, ἢ πολυπνίας, ἢ καταλαλίας, ἢ ὑπερφηφάνιας ἐνισχύη-
ται. Καὶ τότε τὴν ὕλην ταχὺ ἀπόρριπτε, καὶ τὸ πῦρ ταχέως ἀπόσβέννυται· τότε οὖν πολλῶν
δακρύων χρεῖα, πολλῆς ἀγρυπνίας, νηστείας, παραστάσεως· καιρὸς γὰρ πολέμου καὶ καιρὸς ἡ στε-
φανῶν ἢ τιμωριῶν· ἐνέστηκε γὰρ ἡ πάλῃ, διὰ τὸ ὑμᾶς καταφρονῆσαι εἰσελθεῖν καὶ τὴν προσβολὴν
καὶ τὸν συνδυασμὸν 30)· ἀναλαβοῦ τοιγαροῦν πάλιν τὸν νεῦν, βρέχε τὸς πόδας Χριστοῦ, καθὼς ἡ
πόρνη· μνημόνευε αὐτὸν διὰ παντός. «Εἴτε γὰρ ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα ἐν
ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ποιεῖτε 1).»

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ἔστι δαίμων πορνείας ἐν τῷ ὕπνῳ, ὑποβάλλων ὀνειράτα αἰσχρὰ καὶ
παριστάμενα βλέπειν τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἅμα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξῃ ἐκ τοῦ ὕπνου, εὐθὺς ὑπομ-
νήσῃ 2) τὰ ἐν τῷ ὕπνῳ ὁραθέντα, ὅπως ταῦτα τὴν ἅπασαν ἡμέραν ὁ νοῦς ἐπενδυμῇται. Διδάσκον
οὖν τὸ στόμα, ἅμα τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξ ὕπνου ἀνοίξῃ 3), λέγειν. «Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ Υἱὲ Θεοῦ,
ἐλέησον. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, Υἱὲ Θεοῦ, βοήθει μοι.» Καὶ οὕτως ἐάν πρὸ παντός ἔργου καὶ
λόγου τὸν Χριστὸν ἐπικαλῇ 4), αὐτὸς οὐδέποτε ἐγκαταλίπῃ σε 5).

β. Κράτει τὴν βίαν, «ὅτι βιασθαί 6) ἀρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.»

γ. Εξέταζε τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν περιπατεῖν, ἢ τὴν πλατείαν καὶ εὐρύχω-

nere poteris, Christum propter hoc supplica; adeo
ut si a daemone venit, dissipabitur et in nihilum
evadet; si a Deo, potius firmabitur et clariorem
in lucem erumpet. Non enim permittit Deus speran-
tes in se supra modum tentari. Sed in promptu cum
tentatione faciet tibi eandem sustinendi copiam.
Quae etiamsi duraverit et te afflixerit, scito quod
probat te Christus. Si ergo dimittis eum, atque per
alias errandi vias declinas in segnitiam, quando
demum videris eum per se non mutatum, illico te
in Dei misericordiam recipe, aut scrutare diligen-
ter tentationis causam, num fortasse a nobismet
nacta occasionem sit, num a comessatione vel im-
modico vino, num a nimio somno, loquelave vel
superbia invalescat. Modo nulla mora, materiem
tolle, et cito ignis exstinguitur; modo autem multis
opus est lacrymis, multis vigiliis, ieiuniis, statio-
nibus. Tempus quippe belli, tempus est sive cora-
earum, sive poenarum. Crevit enim praelium, eo
quod a primo impetu et tumultu contempsisti initia.

eiusd. resp. 13. — 27) f. μὴ δυνα. — 28) Συνθλίβῃ cod. —
29) Παίρει ib. mox λαμβάνει. — 30) Συνδυασμὸν. distin-
ctio hic et infra, aliud forte a συνδυασμῷ. aut peculiari
sensu intelligendum, quasi designet statum animae
mediū inter tentationem et consensum suspensae,
id quod dubium audimus et interpretamur.

Resume igitur animum; riga pedes Christi, mere-
trix instar, eumque recordare perpetuo. «Sive
anim manducatis, sive hibtis, sive aliquid facitis,
omnia in nomine Iesu Christi facite.»

Ad haec et illud noveris, esse fornicationis dae-
monem in somno, foeda immittentem somnia, ho-
minis visionem prae se ferentia, ut simul ac ocu-
los e somno solveris, illico refrices quae per som-
num conspecta fuere, adeoque per totam diem ani-
mus concitetur. Doce igitur os tuum, ubi oculos e
somno aperueris, dicere: «Domine, Iesu Christe,
fili Dei, miserere! Domine, Iesu Christe, fili Dei,
auxiliare mihi.» Itaque dum omni opere ac sermone
Christum invocaveris, ipse profecto non te dere-
linquet.

II. Vim inhihe, quia «violenti rapiunt regna
coelorum.»

III. Elige utrum per angustam et arctam viam
ambules, an per latam et expeditam. Hoc vero
unde noveris? Si quaecumque egoris, vim modi-

1) Ποιεῖτε. I Cor. X, 31. — 2) Ὑπομνήσῃ cod. —
3) Ἀνέφξῃ ib. — 4) Ἐπικαλῇ. Deinde στίχους sequi-
mar, quales eos distinguit codex, etsi non semel
sensus aliam suadeat divisionem. — 5) Ἐγκαταλίπει
se ib. — 6) Βιασθῇ cod. Agnovisti Matth. XI, 12. —

ρον 7). Πῶς δὲ τοῦτο ἐπεργάσῃς; εἰς πᾶντι σου πράγματι μίσης καὶ βίαν μικρὸν ἐν νῶ· εἰ ἐσθίεις, μικρὸν πείνη, καὶ μὴ ἐμπλησθῇς· εἰς πίνης 8), καὶ μικρὸν δίψη. Ἐάν κοιμήσῃ 9), ἔστω ἐπὶ ξύλου, ἢ ἄλλο τι τὸ τὰς πλευράς σου ὑπενύττω 10). Καὶ ἐν παντί σου ποιεῖ μέρος καὶ τοῦ Χριστοῦ· τοῦ ὅπου εἰ μεταλαμβάνεις, ἄφες ἐξ αὐτοῦ καὶ μέρος τοῦ Χριστοῦ.

δ. Τὴν νύκτα μόνος ἔστω ὁ Χριστὸς· ἃ πράττεις γινώσκει· εἰ μὲν εἰς εὐχὰς καὶ θεωρίας ἐπαρθῇ 11) ὁ νοῦς σου, κατόλειπε 12) πᾶσαν τῶν ψαλμῶν στιχολογίαν καὶ μετανοίας, καὶ μόνοις σγόλαζε τοῖς δάκρυσιν.

ε. Εἰ 13) δὲ τι σου κλάσῃ ὁ λογισμὸς, πάλιν ἐπιλαβοῦ τὸν ψαλμὸν· χρεὸς γάρ σοι τοῦτο μέγα τὴν πᾶσαν νύκτα εἰς τὸν σὸν νυμφίον ἀπασχολεῖσθαι, ἵνα αὐτὸς μόνος καὶ μηδεὶς ἀνθρώπων ἴδῃ τίνα ἐστὶν ἃ πράττεις ἐν νυκτὶ μετὰ σοῦ. Ἀεὶ οὖν ἀπὸ ἐσπέρας ἀπάρχου τῆς τῶν ψαλμῶν στιχολογίας. Οἱ μὲν ἀρχάριοι 14) πληροῦσι τὸ ψαλτήριον, εἰ μέσοι 15) τὸ ἥμισυ· οἱ δὲ τέλειοι μόνον εὐχονται, καὶ οὐδαμῶς ἑτερόν τι πράττουσιν.

ς. Ὅταν λογισμὸς σοι ὑψηλοφροσύνης ἢ ὑπερηφανίας εἰσέλθῃ 15a), ἐρευνήσον εἰ πάσας τὰς ἐντολάς ἐφύλαξας, εἰ ἀγαπᾷς τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν προσεύχεσθαι, καὶ εἰς ἕχῃς τὸ πάντων ἀγαπᾶν εἶναι ἐσχάτην, καὶ δουλεῦν θέλῃς 16) ἅπαντας, ὡς πάντων ὁμαρτωλοτέρα· εἰ δὲ μὴ, μάτην καυχᾶσαι.

ζ. Ὅταν πρὸς κενοδοξίαν βλέπῃ σου ὁ νοῦς, ἴδε ὅτι τὸν ὁρῶντα ἄνωθεν Θεὸν κατεφρόνησας, καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἔπαινον καὶ δόξαν πιθυμεῖς, καὶ αἰδέσθῃ, μᾶλλον δὲ εὐθέως τὴν τῶν ἀνθρώπων διάσπασιν [ἐμίλιαν].

η. Ὅταν πρόσωπόν τιος ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὁ διάβολος ὑποδείξῃ, ἄρὸν σου τὸν νοῦν ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ εἰπέ. «Ὅτι πρὸς σέ, Κύριε, Κύριε, οἱ ὀφθαλμοί μου· ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, μὴ ἀνταγέλης τὴν ψυχὴν μου 17).»

θ. Ὅταν τις ὑβρίσῃ ἢ λοιδορήσῃ ἢ καταποιήσῃ σε, καὶ μνησικακίαν ἔχῃς 17a) ἐν τῇ καρδίᾳ σου, μνησθῇ καὶ σὺ [ὅτι] τὸν Θεὸν πολλάκις ἐλύπησας, καὶ εἰς μὴ ἀφήσῃς, οὐδὲ ὁ Θεὸς ἀφήσει σοὶ τὴν ἁμαρτίαν 18).

cam in animo adhibeas. Si manducas, paulum esuri, neque expletor. Si bibis, modicum fac sitias; si dormis, in ligno cubes, aut quaecumque strato latu compungas. Et in omni re tua da partem Christo: vel obsonium acciπiendo, ex eo sepono unde Christi portio sit.

IV. Per noctem solum esto Christus: quae tu facis, non ignorat. Sin vero sese in orationes et contemplationes efferat animus tuus, intermitte omnem psalmorum recitationem et metanoas, ut solis indulgeas lacrymis.

